Nos enim mortem pro merito praeuaricationis incurrimus.
Ille autem mortem sponte pro nrã salute suscepit. Secundũ
quod ipse testatur dicens. Potestatem habeo ponendi a
nimam meam. & nemo eam a me tollit sed ego pono eam

X RESURRECTIO QUOQ; XPI A NRÃ RESURRECTIONE

Sic discrepat quod nob resurrectionis tempus usq; in saeculi
finem differtur. illius uero die tertio caelebratur.
Ille uero nullo eguit ut resurgeret & nos illo miserante resurgimus.

XI IN CREATIONE MUNDI ET FORMATIONE EIUS

Haec est distantia quod originaliter secundum materiae
substantiam simul cuncta creata sunt. Secundũ distincti
onem uero specierũ p sex dierum alternationẽ formatas.
Totius enim creaturae origo simul exsistit. Species tamen
& forma p temporum incrementa processit.
NAM PRIMUM materia facta est caeli & terrae confusa
atque informis. De qua postmodum omnia singillatim
p species suas uarias formasq; proprias prodierunt.
De qua scriptura loquitur dicens. Qui fecisti mundũ de
materia informi. Sed materia facta est de nihilo. Mun
di autem species de informi materia.
PROINDE duas res ante omnem diem. & ante omne
tempus condidit ds angelicam uidelic& creaturam
& informẽ materiam quae quidem ex nihilo facta p̄cces
sit. tamen res ex re facta n aetate. sed sola origine
sicut sonus cantum. Nam qui uiuit in aeternum crea
uit omnia simul itaque non omnia ex nihilo condidit
ds sed quaedam fecit ex nihilo quaedam ex aliquo
de nihilo mundum. Angelus & animã ex aliquo